

P V I S



1 6 0 3

XCLII.

97

IN OBITVM

ERICI VOLC-
MARI, D. M. IOHAN-
NIS TRYLLERI, QVÆSTO-
RIS SALCENSIS, FILIOLI CA-
rissimi, XIX. Augusti, Anno à nato Christo
1585. ex hac ærumnosa vita, ætatis suæ
die xviii. erepti,

EPITAPHIA

*A diversis mæstorum parentum
amicis scripta.*



SERVESTÆ,
Excudebat BONAVENTVRA
FABER.

Anno cl. l. xvc.

dr.

103. 7

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
MARIENBURG
THIS BOOK IS
THE PROPERTY OF
THE UNIVERSITY
OF MARIENBURG
AND IS NOT TO BE
LOANED OUT
WITHOUT THE
APPROVAL OF
THE LIBRARIAN



ODA FVNEBRIS.
DICOLOS TRISTROPHOS.

A V T O R E

M. HEINRICO GALLO MVLHVSINO,
verbi diuini apud Salcenses Ministro,

*Infans alloquitur suos parentes
Maeroremq; monet fugare tristem.*

D*Acrymas care parens, caraq; mater,
Gemitus multiplices, tristitiaq;
Tetricum, quem mea mors attulit, ab-
stergite luctum.*

*Nihil his efficietis, nihil inquam,
Nisi quod gaudia turbare velitis,
Mibi quae Rex superum contribuit Christus Iesus.
Obitum mille modis defleat alter,
Hominis, cui requies vera negatur:
Uti quondam Isaias est miserè vociferatus.
Vice nati sibi mortem ille precatur:
Quia post fata sui tristia nati
Animam tartareum tendere prauidit ad Orcum.
Ubi fletus, strepitus, horri sonosq;
Ululatus reboat grex reproborum,
Satana quos socios impietas perfida fecit.*

A 2 Nihil

Nihil horum metuo : iam cruciatus
Nihil in me reliqui iuris habere
Potuerunt : Angelica portio sum sancta caterna.
Ego non vestra iterum tecta subirem,
Etiam si reditus plena potestas
Foret, aut mundus opes si mihi concederet omnes,
Superorum una dies, una vel hora
Melior solibus est mille, vel annis
Totidem, queis fluido vivit homo lubricus auro.
Utinam Iane pater, Barbraque mater,
Utinam Heinricule mi, Ianeque frater,
Utinam tu quoque Iustina soror tuque Maria,
Utinam gaudia caelestia coram
Oculis corporeis perspiceretis,
Quibus hic nunc fruor, et vos fruituros fore spero.
Equidem non dubito, vos simul omnes
Etiam gaudia terrena habituros
Nihili, praesolida letitia caelicolarum.
Lacrymas ergo parens optime pone,
Lacrymas o genetrix tu quoque mitte,
Dolor hic nullus adest, qui lacrymis sit minuendus.

ELEGIA

ELEGIA FVNEBRIS M. GEOR-
GII VVEINRICHIS, verbi diuini ibi-
dem Ministri.

Messis adest, plenisque vehuntur in horrea plau-
stris,

Ubere prouentu qua dedit alma Ceres.

Messe colonus ouat, quem credita semina sulcis
Spicarum, largo faenore, larga beant.

Sapius ast illi praciditur ansa fruendi

Messe sua, quando strage Megera furit.

Sic tibi leta tuo messis prouenerat aruo,

Dum tua te dulci Barbara prole beat.

Sed noua spica suo iam prematurior euo

Languet, & attritu vomeris icla cadit.

Perfer & obdura, placitumque Tonantis adora:

Quicquid agit, certo numine, Numen agit.

Grata fuit (fateor) sobolescens spica parenti,

Spica puerperij germen amorque sui:

Gratior ast eadem summo fuit illa Tonanti,

Quem vita penes est, arbitriumque necis,

Ille animam certa caeli regione locauit,

Corporis exuias almus agellus habet.

Tempus erit, cum spica suo pulcherrima culmo

Debita multiplici faenora grana dabit.

ALIA ODA IOHANNIS HEL-
LERI, I. V. D.

Ad mæstos parentes :

*M*Oestis ora quid tua fletibus,
Funebriq; pater sindone conderis,
Quid suspiria ducis
Imo pectore proflua ?

*Q*uid ploras, madido tuq; puerpera
Aspergis vacuum flumine lectulum,
Quid suspiria, dic, quid
Fletus, lacryma, nenia ?

*V*olcmarus sacra quod vester Ericius
Ascendit supera paruulus atria
Sedis : scilicet inde
Fletus, lacryma, nenia ?

*V*olcmarus supera vester Ericius
Viuat sede poli, redditus ætheri.
Hinc suspiria, cessent
Fletus, lacryma, nenia.

*P*loratus abeant, lacryma, nenia,
*M*ater dicq; pater : cælica filius
Cantat iubila noster,
Summo redditus ætheri.

Mæstos

*Mæstos ergo parens pone duplex modos:
Solvit nanq̄ Deo debita filius:*

*Laudem infansq̄ supremi
Cantat numinis Angelus.*

Ἀεθμογονοπέφια eiusdem Autoris.

Distichon

ERICI VOLCMARI TRYLLERI

ΑΡΙΘΜΟΓΟΝΟΝ.

*Luxerat Augustus, Volcmar puer Erice Tryller,
Nexa ubi sunt vitæ heus proflua fila tuæ.*

Distichon

ERICI VOLCMARI TRYLLERI

ΑΡΙΘΜΟΤΑΦΟΝ.

*Luxerat Augusto lux, sol bis nonus & unus,
E nexu vitæ hei Volcmar Erice iaces.*

VEL:

*Luxerat Augusto lux, funebris usq̄ Sebaltho,
E nexu vitæ hei Volcmar Erice iaces.*

A 4 EPIGRAM.

EPIGRAMMA FVNEBRE
M. MATTHIÆ METH, Ludirez
ctoris Salcensis.

Nascimur in lacrymis, lacrymis consumitur
etas,

Vita quid hæc, lacrymas (heu mihi) præter ha-
bet?

Ergò licet raptus lactantis ab ubere matris,

Visus es ante diem, Volcmar Erice, mori:

Nil hac morte tamen potuit tibi suavius esse,

Quæ tibi pro lacrymis gaudia vera dedit.

Quapropter mæsti gemitus cessate parentum:

Quos amat, hos iuvenes vult DEVS ipse mori.

ALIVD.

EX DICTO CHRISTI: SINITE

puerulos venire ad me, & ne prohibete eos:
taliū enim est regnum DEI.

Marc. 10. vers. 14.

QVos ad se primis pueros inuitat ab annis

Natus matre puer, virgine matre DEVS:

Quos rapit adductos expansis obuius vlnis:

Et regni heredes predicat esse sui:

Quos

Quos fouet amplexu; quibus oscula figere gestit:
 Ex quorum laudes comparat ore sibi:
 Quos pura scelerum vita vult esse MAGISTROS
 Illis, ad cælum quos agit altus amor:
 Qui palmae gestant frondes, & pinguis oliua;
 Ante thronumq; DEO carmina grata canunt:
 His inhibere caue patrij commercia regni,
 Qui blando dici nomine patris amas.
 Pignora sunt PVERI summo reddenda parenti:
 Qua dedit, hac repetat, cum libet, anne licet?
 Quos dedit, hac non lege dedit, tua sordida rura,
 Vermiculis similes, hoc ut in orbe colant:
 Quos dedit, æterna vult gaudia carpere vita;
 Luceq; perpetua patris in arce frui.
 Ut pueri, regnum Patris ingrediamur oportet:
 Ad cælos reliquis ianua nulla patet.

M. VVolfgangus Amlingus:
 Φίλου πατρός φίλῳ γήσιῳ.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

Hic mortale iacet Volcmari corpus Erici
 Trylleri, Iano de Genitore sati,
 Octo decemq; dies qui dum vix vbera Matris
 Suxerat, in cunis fata suprema subiit,

A 5

Hei

Hei mihi, quàm brevis est humana linea vitæ?
Factus humo sub humo quàm citò humatur ho-
mo, (Et umbra est,
Bulla homo, gramen humi, flos campi, somnium
Sole oriente oriens, sole cadente cadens.
Tam velox hominum vitæ est tam labilis ætas,
Tam nihili omnis homo est, quàm grauis o-
mnis homo est,
Mille malis hominum vitæ est obnoxia mille,
Noxia tot morbis, quot caro membra tenet.
Hæc est in mundo vitæ sors nostra caduce,
Quæ si pulcra fuit, plena labore fuit.
Usq; adeò vitæ est hominum mutabilis, ut sit
Non nasci melius, vel citò posse mori.
Felices pueri, Christi qui sanguine puri,
Matris ab uberibus cœlica regna petunt,
Omnibus exuti curis, omniq; dolore,
Quæ cruciant hominum nocte dieq; genus.
In Domino pueri requiescunt suaviter omnes,
Qui loti intereunt Christe cruore tuo.
Disce mori, quicumq; senex instar puerorum,
Qui cupis astra poli scandere, disce mori.

Andreas Cruius Zerueft. Reipubl.
Camerarius & Notarius publ. fa-
ciebat pridie Calend. VIIbris,
Anno M. D. LXXXV.

A L I V D.

V Ita brevis, breuior fortuna, breuissima meta,
Qua cum fortuna vita beata viget.
Hac etenim tenui nimis à subtegmine pendent,
Abrupto filo, vita vigorq̄, ruunt.
Hinc nimis immiti culpamus numine Parcas,
Parcere non ullis quod didicere bonis.
Omni bus est eadem sors, lege tenentur eadem
Cum senibus iuuenes, cum puerisq̄, senes.
Si quid proficerent gemitus, si vota valerent,
Trylleri ad natum sic mea vota forent:
O utinam stricta hac exemtus lege fuisses,
Mæsto quem gemitu luget uterq̄, parens.
At cesset luctus, voluerunt parcere fati,
Qua meliora ferunt, numina celsa tuis.
Instant, circumstant, urgent, torquentq̄, premuntq̄
Tristia fata nimis, quot modo terra capit.
Gratulor, in cælis tibi iam felicior extat
Fortunæ ratio, sine modoq̄, carens.
Nulla salus terra, cælum nos poscimus omnes,
Præcedit felix, subsequiturq̄, miser.

M. Caspar Vlricus Mu-
 nerstadenfis, scholæ Ser-
 uestanæ Collega,

A L I V D

V In laetitia beatiss. foris, laetitia in
Quaeritur foris quae sit a vigilia
Haec enim laetitia in a foris quae sit
Vigilia in se, cum a vigilia in
Haec enim in se, cum a vigilia in
P. arce non est quod dicitur laetitia
Omnibus est eadem foris laetitia in se
Cum senibus in se, cum a vigilia in
Si quod proficere gerunt, a vigilia in
T. ryllet ad vitam se vocat a foris
Omnibus ista haec examina leguntur
Et cetero quae gerunt laetitia in se
Ad cetera ista, voluerunt pariter laetitia
Quae meliores foris, in se a vigilia
Istius circa ista, cum a vigilia in
T. ryllet a vigilia, quod modo in se
Quoniam, in se, cum a vigilia in
Formitatio sine modo, cum a
Nulla salus tunc, cum a vigilia in
Procedit sicut, in se, cum a vigilia in

M. C. C. V. V. V. V. V.
M. C. C. V. V. V. V. V.
M. C. C. V. V. V. V. V.



Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





XCLII.

IN OBITVM

CIVOLC

D. M. IOHAN

YLLERI, QVÆSTO

CENSIS, FILIOLI CA

. Augusti, Anno à nato Christo

hac ærumnosa vita, ætatis suæ

die xviii. erepti,

ITAPHIA

his mæstorum parentum

amicis scripta.



SERVESTÆ,

at BONAVENTVRA

FABER.

cl. l. xvc.

99

dr.

102 7

